

ſentia Epifcopi non apponitur pro effectu prædicto, ſed pro alijs præcedentibus, vt vidimus. Cum enim dictum pro illis fuiſſet: *ſi Epifcopus, qui ea faciat, Catholicus imbi non adit*: poſtea additur: *Ac profanatas Eccleſias reconciliare poſſent*. Et ita tenet P. Quintanad. *Tractat. 6. Singulari 13. verſ. Eccleſia* §. 1. fundamento tamen nullo aſſertionis indicato. Circa quod non eſt multum digladiandum, cum gratis ſcrupuli materia in eo non ſit, quandoquidem opinio multorum eſt, & inter alios, Patrum Sturij, Azorij, Henriquez, Coninck, Reginaldi, Poſſetini, Graſij, Sayri, & Finellij apud Bonacinam Tomo 1. *Tractatu de Matrimonio. Quæſt. 4. Puncto ult. num. 27.* & Cardinalis Lugo *Diſputat. 20. de Sacramentis num. 61.* aſſertentium Eccleſiam pollutam poſſe per aſperſionem aquæ ab eo benedictæ reconciliari à ſimplici Sacerdote ſi non erat conſecrata. Addit Bonacina ex P. Henriquez *Lib. 9. Cap. 27. num. 6.* expedire vt licentia ab Epifcopo petatur, vel ab eius Vicario Generali, quod tamen ipſe iudicat neceſſarium. Pro eodem eſt Diana *Parte 1. Tractat. 15. Reſolut. 6.* qui & videndus *Parte 11. Tractat. 8. Reſolut. 27.* poſt hæc ſcripta viſus. Baſſæus verb. *Sacrilegium 1. §. 8. Portel Tomo 1. verb. Eccleſia num. 2.* P. Auila de Cenſuris, *Parte 5. Diſputat. 7. Dub. 4.* P. Fagundez in primum Eccleſiæ Præceptum. *Lib. 3. Cap. 14. num. 60.* Barboſa de Potestate Epifcopi. *Allegat. 28. num. 57.* & alij complures, quos ipſi adducunt, & præterea Diana *Parte 4. Tract. 4. Reſolut. 91.* Vnde non videtur cui debeat attribui, quod ait Hieronymus Garcia *Tractat. 3. Diſſolut. 8. Dub. 2. Puncto 5. numer. 52.* ſcilicet non inuenire Auctorem, qui hoc clarè aſſerit: nam qui id aſſerunt, de Religioſis loquuntur, qui pro eo ſpecialia habent priuilegia.

*Eccleſiam non conſecratam à quolibet Sacerdote aqua comuni benedicta poſſe reconciliari.*

*Conſecratas poſſe vt priuilegijs Pauli 3. à Religioſis Societatis.*

*Et in Indijs non eſſe neceſſarium aquam ab Epifcopo conſecrari.*

263 Circa Eccleſias autem conſecratas eſt maior difficultas. Et poſſe à Superioribus Societatis reconciliari probatur ex priuilegio adducto *num. præced.* quod de Eccleſiis conſecratis procedit: ad reconciliationem enim Eccleſiarum, quæ conſecratæ non ſunt, non eſt aqua Pontificaliter benedicta, cum vino ſcilicet, & cinere, neceſſaria, vt citati Auctores tradunt: alia autem, quæ benedicti à quolibet Sacerdote poſteſt, inutiliter ab Epifcopis poſceretur. Et ita ſententur Auctores, qui priuilegium circa hoc Religioſorum agnoſcunt, vt Peyrinus, Nouarius, & Graſſius, quos adducunt Diana *Parte 4. Reſolut. 91. citata*, & Hieronymus Garcia *numer. 54.* ac videtur etiam tenere P. Pellizarius *Tract. 10. Cap. 9. num. 38.* dum generaliter loquitur. Et hoc quidem vniuerſim loquendo: nam pro Indijs non videtur neceſſarium vt aqua ab Epifcopo benedicta, ſiue adſit ſiue non adſit, expectetur, iuxta dicta *n. 261.* quod tamen ſi fieri poſſit, à Superioribus Societatis non præmittendum, tum ex vrbaniſſimate, & ad remouendam offenſionem; tum etiam quia ſic in communis Compendij propoſitione præſcribitur, & ad quam in Indico fit remiſſio: vt non liceat de priuilegio, niſi quantum R. P. Generali viſum fuerit communicari conueniens. Quamquam remiſſio illa, quæ ad Compendium commune fit, non videtur proſius vrgere, vt ſcilicet nihil plus circa illud liceat, quam quod per commune priuilegium habetur. Conſtat e-

nim ex dictis citato *num.* Eccleſias poſſe in Indijs vt priuilegijs Pauli Tertij benedicti: neque erat ratio cur circa hoc limitatio apponeretur, quæ circa cœmeteria non eſt adiecta. Sicut ergo quoad Eccleſiarum benedictionem non erat neceſſaria remiſſio, ita neque in ordine ad reconciliationem. Quando ergo remiſſio fit, non tollitur quod alias licet; ſed id, quod iuuare poſteſt, & pro rerum opportunitatibus vſui eſſe valet, indicatur.

264 Neque obſtat quod in Compendio Indico verb. *Eccleſia* §. 1. id quod de abſentia Epifcopi à Pontifice dicitur, ad reconciliationem referatur: ſic enim ibi: *Ac Eccleſias profanatas, ſi Catholicus Epifcopus, qui id faciat, ibi non adit* (reconciliare. Sic ibi. Non inquam obſtat; quia cum verborum tenor immutatus fit, non eſt credendum ex propoſito id factum, ſed Scriptoris aut diſtantis minori animaduerſione: vel quia qui id ita diſpoſuit, in ea ſententia fuit, vt omnia, de quibus priuilegium procedit, pariter iudicauerit comprehenſa. Verbis ergo Pontificis potius ſtandum eſt, quæ non poſſunt arbitrio cuiuſlibet alterari. Aliquis etiam in Compendijs peculiareſ Collectoris eſſe ſententias Auctores noſtri non vno in loco proteſtantur. Et in Annotatione poſt §. 2. Verb. *Euchariftia*, ideſt obuium, quam frequentius Doctores præfati reiciunt, licet an benè, alterius conſiderationis ſit. De quo *num. 222.* & in Indico id minus mirabile, circa quod non eſt ita exacta diligentia, licet non culpabili laboratum. Res enim hæc, cum ad remotiſſima ſpectet, maiorem notitiam exigit, quam ſit ea, quæ ab ijs haberi poſſit, qui Indias neque à lumine ſalutarunt. De quibus hæc ſatis.

*Ex Compendij Indici tenore cui diſſertur.*

*Notandum circa illud & Compendij.*

*De Priuilegijs circa adminiſtrationem Euchariftiæ extra Miſſæ ſacrificium.*

265 **C**ommunionem intra Miſſam debere fieri, poſtquam ſcilicet Sacerdos Sacramentum ſumpſerit, antiquus Eccleſiæ vſus fuit: pro quo videri poſſunt quæ adducit Cardinalis Bellarminus *Lib. 2. de Miſſa Cap. 9.* vnde & Nouantes aliqui contendunt Miſſam dici non poſſe, in qua adſtantes non communicent, iuxta illud quod in Canone dicitur: *Vt quotquot ex hac altaris participatione ſacrosanctum Filij tui Corpus & ſanguinem ſumpſerimus &c.* & licet iam inde antiquis temporibus in more fuerit vt Euchariftia extra Miſſam aſſeruetur, id pro infirmis tantum videtur inſtitutum, vt habetur in *Cap. Presbyter. de Conſecrat. diſt. 2.* vbi ſic dicitur: *Presbyter Euchariftiam ſemper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communique, ne ſine Communionem moriatur.* Sic ibi ex Concilio Wormatienſi. Quod etiam ſtatuitur in Rubricis Miſſalis pro Feria 5. in Cena Domini, verbis illis: *Reſeruat etiam aliquas particulas conſecratas ſi opus fuerit, pro infirmis.* Et colligitur etiam ex Rubrica alia, de qua *infra. n. 267.* Et ex priuilegijs, quæ circa hoc concedi ſolent: ſi enim prohibitio non fuiſſet vlla, fruſtrâ conſecra viderentur. Neque ad tollendos ſcrupulos dici poſſunt poſtulata; quia ſcrupuli prohibitionem aliquam indicant, quæ licet

*Communionem intra Miſſam ſacramentum ex Eccleſiæ vſu.*

*Iuxta quod etiam pro infirmis aſſeruntur.*

*Cap. Presbyter.*

*Rubrica Miſſalis.*

licet non extet, aliquando tamen fuerit: nequidem ſcrupuli tales imperitorij ſunt, qui non raro ex nimia oriuntur peritia, dū aliqui plus ſapiunt quam oporteat ſapere, cū ſapere oporteat ad ſobrietatē.

*Priuilegijs Societatis pro Communicatione extra Miſſam.*

*Paulus Tertius.*

*Quid in Compendio communi.*

*Quid in Indico.*

*Sine priuilegio id videri licet, ex communi ſententia.*

266 Propter quod conſeſſione ſpeciali Societati Paulus Tertius indulſit id, quod habetur in eius Bulla, quæ incidit, *Cum inter cunctas*, in hunc modum: *Ac Miſſas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam poſt meridiem, quando & quoties, ſtante legitimo impedimento, mordero, & pro tempore exiſtenti Praepoſito veſtro præfato id neceſſarium, vel alias in Domino expedire viſum fuerit, & poſt ſeu ante illarum celebrationem, aut alias, Chriſti fidelibus ipſis Euchariftia & alia Eccleſiaſtica Sacramenta, ſine alicuius præiudicio miniſtrandi, Diaceſanorum locorum, Reſtorum Parochialium, & aliarum Eccleſiarum, ſeu quorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita.* Hæc Pontifex: vbi ſatis eſt perſpicua conſeſſionis amplitudo, dum ante Miſſam, vel poſt illam, aut alias, communicandi facultas tribuitur: quod enim, alias, dicitur, vſitatum tribuendi modum indicat, cum Sacerdos ſuperpelliceo & ſtolâ indutus, tale exhibet miniſterium: ſiue Alba & ſtola, ſi forte ad miniſtrandum in altari ſic reperitur, dum Communio petitur, quam non oporteat prætelare. Et cum aded ampla & luculenta ſit huiuſmodi conſeſſio; in Compendio tamen Communij verb. *Euchariftia*, aut verb. *Miſſa*, nulla illius mentio fit, ſed duæ aliæ adducuntur, quæ per communicationem habentur: alia ex Monumentis Minorum, de qua §. 3. in priori Verbo vt Euchariftia miniſtrari poſſit omni tempore. Aliud. §. 4. ex Minorum priuilegijs, miniſtrandi illam quibuscumque perſonis, quoties opus fuerit. Vtraque autem præſenti inſtituto deſeruire poſteſt: ſi enim omni tempore, & omnibus quoties opus fuerit miniſtrari poſteſt: ergo extra Miſſam, quia & extra illam tempus occurrere poſteſt, in quo oporteat illam miniſtrari. Sed verb. *Sacramenta* priuilegijs prædicti mentio extat; nec tamen ſpecialis conſeſſionis in ordine ad illud, de quo agimus, quidquam addit. Sed tantum in Annotatione ſic dicitur: *Facultas quidem adminiſtrandi Euchariftiam omnibus Sacerdotibus conceditur, iuxta id quod dictum eſt verb. Euchariftia, §. 2.* Sic ibi. In §. autem illo Feſtum Paſchæ Reſurrectionis, & articulus mortis excipitur, niſi neceſſitas vrgeat. In Compendio verò Indico verb. *Miſſa* §. 3. ſic habetur: *Poſſunt Superiores in vtraque India diſpenſare in Regula Miſſalis de communicandis laicis intra Miſſam: ita vt quando eis videbitur expediens, fieri id poſſit ſine Miſſa.* Gregorius XIII. in vixæ vocis Oraculo. Sic ibi. Sed quia Oraculum iam expirauit: etſi non expiraſſe contendat quis, ſatis anguſta conſeſſio eſt. Quod ergo ad amplitudinem conſeſſionis attinet, miniſtrandi ſcilicet ante, vel poſt Miſſam, vel alias, vt ſuprà, omnibus Societatis Sacerdotibus eſt licitum ſicut & alijs qui cōmunicatione omnimodâ perfruuntur.

267 Nec parui pendendum hoc ex eo quod Communio dicto modo ſine priuilegio dari poſſe videatur: iuxta receptam enim ſententiam, quam tuerent multi, quos adducit & ſequitur P. Pellizarius *Tract. 8. Cap. 3. num. 319.* & Baſſæus verb. *Communionem ſacram num. 22.* & circa caſum præſentem P. Quintanad. *Tomo 2. Tract. 6.*

*Singulari 7. verb. Miſſa.* Communio dari poſteſt qualibet horâ, ſecluſo ſcandalo, vt patet ex ſuperius dictis: ergo ſignum eſt non habere illam cum Miſſa connexionem. Licet enim hoc ita ſit, & Canones circa hoc loquentes videantur conſuetudine mitigati, & Regula Miſſalis obligationem non ſtrictam imponere, ſed id, quod fieri ſolet regulariter; indicare: nihilominus difficultas aliqua occurrere circa praxim poſteſt ex iis, quæ habet Gauantus in Rubricis Miſſalis. *Parte 2. Titulo 10. ad §. 6. Lit. D.* vbi cum de Communionem in Miſſa faciendâ agatur, ita ſubdit: *Regulariter hoc loco faciendâ eſt Communio. Amæſtarius Præfat. 2. ad librum de Eccleſiaſt. officijs & Vralfridus Cap. 20. Sed hodie quia plurimi exoptant ſinem Miſſæ, & eos vadat expectare alios vt communicent, præſertim ſimul ſint communicandi, diſſerri ſolet Communio vſque ad præſentem Miſſam: tolerandam videtur, ſi multi communicent, non autem ſi pauci.* Sic ille. Iuxta cuius doctrinam, quando adſunt qui communicare intra Miſſam poſſunt, neque obſtaculum multitudinis intercedit, non eſt tolerabile vt Communio ad ſinem Miſſæ protrahatur. Pro eo ergo priuilegium ſuffragari poſteſt, ſi id conueniens videatur: neque enim dici poſteſt ſtante conuenientia id licere ſine priuilegio, ſicut ratione illius licet quando ad eſt communicare volentium multitudo. Non enim conuenientia quæuis pro omnibus eſt ſufficiens, licet adducta iudicetur talis, quia ſic obtinuit conſuetudo: cum tamen in Religioſis ratio quæuis conuenientia ſufficiat, iuxta tenorem conſeſſionis: quod eſt à Pontifice prouidentiffimè diſpoſitum, vt ſic fideles ad vſum ſacræ Communionis alliciantur, pro quâ Operarij Societatis ſpecialiſſimâ curâ decertant. Pro quo & testimonium illuſtre Pontificis eiusdem ſuccurrit in Bulla, quæ incipit, *Licet debitum*, & ſic habet: *Præterea cum intellexerimus populos ciuiatum, terrarum, & locorum, apud quæ habitacionem ydem Socj habent, vel ibi eos verſari, aut tranſire contingit, exemplo alleſſos & inductos Religioſe viæ, quam Domino concedente ducunt, libenter ad conſeſſendum eſſedem, & ſacraſſimam Communionem de manibus eorum accipiendam conſuere. &c.*

*Priuilegijs tamen locum habere.*

*Gauantus.*

*Illuſtre Pauli III. teſtimonijs pro Societate circa Communioſis.*

*An dari poſſit inceptam Miſſam queat.*

*Rubrica Miſſalis pro conſeſſatione ex quo reſoluitur.*

268 Quia verò ante Miſſam dari Communio poſteſt, difficultas occurrat circa modum, quo id fieri debeat, ſolent enim aliqui poſt inceptam Miſſam, & Pfalmo cum Conſeſſione ac Orationibus ante Introitum dictis, ſacrarium aperire, & Communionem miniſtrare. Quod quidem non eſt Miſſalis Rubricæ conforme. §. enim 3. *num. 4. de Riis ſeruando in celebratione ſic habetur: Produens manu dextra à fronte ad pectus ſignum Crucis, dicit intelligibili voce: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen, & poſtquam id dixerit, non debet diuertere quemcumque in alio Altari celebrantem, etiam ſi Sacramentum elenet, ſed conſeſſatione proſequi Miſſam vſque ad ſinem.* Sic ibi Iuxta quæ, cum Miſſa interrumpenda non ſit, non licebit Communionem ante Introitum miniſtrare. Si dicas Miſſam interrumpi ſolitam Conſeſſatione: id certè ex Eccleſiæ præſcripto ſit, ſicut & per oblationes ad Offertorium eſt illius permiſſione, & per Communionem item circa ſinem, quod ipſus eſt Eccleſiæ ordinatione diſpoſitum: id quod circa prædictum miniſtrandi modum

dici nequit. Vbi neque allegari priuilegium potest, iuxta quod omni tempore dari Communio potest, & quoties oportuerit; quia id intelligitur sine violatione legum circa ritum celebrationis Missæ diſponentium. Neque enim licet illas sine expressâ circa hoc licentiâ præterire. Alias licet etiam Communione post dictam Gloriam, aut Symbolum, vel Præfationem præbere. Præterquam quod nulla esse ratio conuenientiæ in eo potest, quandoquidem ante inceptam Missam dari Communio potest eo modo, quo præberi solet, quando qui præbet non est Missam celebraturus. Et hoc indicatum non obſcurè à Pontifice, cum dixit: *Et post, seu ante illarum celebrationem*. Sicut enim Post absolutam penitus Missam indicat, ita & Ante, eiusdem exordium. Et ita quidem statutum in hac Prouincia Peruiensi fuit à P. Didaco Aluarez de Paz. Venerem. Prouinciali. Tunc autem Benedictio post Communione conferenda est, licet in Rubrica Missalis habeatur dandam non esse, cum Communio fit ante Missæ finem. Ibi enim specialis ratio est, quod scilicet finita Missa est tribuenda Benedictio, cuius finem ij, qui communicant expectantur creduntur: quod non ita accidit cum ante Missam tribuitur, quia pars Missæ non est, sicut alia: neque est cur debeat credi eos, qui communicarunt, Benedictiõnem vltimam esse expectaturos.

Circa modum seruandum in tradenda Indis Communione.

269 Quibus stabilitis videndum iam vtrum pro Indiis speciale aliquid occurrat in eo, de quo agimus. Et quod ad priuilegium atinet, jam admodum in Compendio Indico nihil haberi: per communicationem autem nihil insuper apparet. Illud ergo tantum adiciendum, oportere vt Indis Communio extra Missam non tribuatur, ita vt neque illam immediatè audierint, nec sint statim audituri: quia sic reuertentijs accedunt, & de eo, quod accipiunt, digniorem efformant illi conceptum. Recipientes quidem immediatè ante Missam, eodem gaudent bono, vt non statim post Communione abscedant, quod facere alias soliti: post Missam autem, quia eo pacto meliùs se diſponere ad Communione possunt: & tunc prouidendum vt post acceptam illam aliquantum in gratiarum actione persistant. Quia verò in hoc variè possunt conuenientiæ occurrere, vt hoc aut alio modo Communio Indis tribuatur, præter commune priuilegium, de quo dictum, potest priuilegium Adriani, in quo omnimoda Ministris Euangelicis potestas ad ea, quæ huius generis esse possunt, conceditur, iuxta rationabile iudicium applicari.

Indis pro Viatico ad Ecclesiam Regulariũ accedentibus illud esse tributum.

270 An autem Indis ministrari Eucharistia possit in mortis articulo, quæstionis est minimè prætermittendæ. In qua illud in primis videtur certum, quod si Indi accepturi Viaticum ad Ecclesiam deferantur, quod sæpiùs accidit, non sit illis denegandum. Probari hoc potest ex Bulla Pauli Tertij, *Licet debitum*, sæpiùs allegatâ, in qua ille sic loquitur: *Nec non omnibus & singulis Christi fidelibus, tam solentibus, quam in ciuitatibus & locis, in quibus Socij prædicti constunt, commorantibus, aut illas tranſeuntibus, Eucharistiæ Sacramentum (quod in suis Ecclesijs decenter tenere Socios præfatos volumus) quocumque anni tempore, præterquam in Festo Paschalis Resurrectionis Dominicæ, & mortis*

Priuilegiũ Pauli III. pro Socie tate.

articulo, nisi necessitas urgeret eorundem fidelium, Parochialium Ecclesiarum Rectorem, licentiâ nimirè requisitâ, accipere libere & licitè valeant. Sic Pontifex. Iuxta quæ, cum necessitas urget, dari Eucharistia potest: atqui, cum Indi ad Ecclesiam accepturi Eucharistiam deferuntur, necessitas urget: ergo dari illa potest, nullâ Parochorum licentiâ requisitâ. Quod necessitas urget ostenditur: quia si circa licentiâ petendam cura deferentibus imponatur, timeri potest, ne infirmus sine Viatico moriatur. Indi enim Parochos suos magis formidant, quàm diligunt, & ita de eorum circa hoc sollicitudine sufficiens nequit haberi fiducia. Præterquam quod Parochi inuiti esse non solent, dummodò illis iura funeris integrè referuntur. Et ita hoc in casu sine scrupulo procedendum.

271 Si verò ad infirmorum domos Viaticum deferendum sit, similiter dicendum, si Parochus in populo non adit, vt sæpiùs accidit, eò quod plures populi vni & eidem Parocho committantur; eadem enim ratio est, vel quia fortè, est vnus populus tantum sit tunc abesse contingit. Quod quidem etiam sine priuilegio fieri posse, non obſtante Clement. *Religiosi*, de priuilegijs, in qua excommunicatio maior ipso facto incurrenda profertur, tenent communiter Doctores, vt videri potest apud P. Fagundez circa tertium Ecclesiæ Præceptum Lib. 3. Cap. 2. num. 20. vbi plures adducit. Et addunt illi idem faciendum, si Parochus malitiosè neget: in quo quidem valde cautè procedendum est: nam videntur inde graues rixarum occasiones excitandæ: & cum Eucharistia non sit de necessitate salutis reipsa suscepta, infirmusque Sacramentum Confessionis acceperit, omnino est à litibus abstinentum. Si verò id fieri sine Parochi offensione possit, non est infirmus eo priuandus subsidio, etiamsi occultè, & sine comitatu ac lumine Viaticum deferendum sit; eo tamen decenti modo quem charitas iudicabit. Pro quo facit priuilegium concessum Episcopis Indiarum inter alia ab Innocentio X. iuxta formam, de qua supra num. 208. & sic habet: *Deferendi Sanctissimum Sacramentum occultè ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tam decenti, si ab hæreticis, aut infidelibus sit periculum sacrilegij*. Sic facultas. Ex quo apparet necessitatem subueniendi infirmo per cælestè præsidium, decentiæ illi ex comitatu, lumine, & ornatu Sacerdotis, præualere.

272 Ad vitandam præterea excommunicationem Clementinæ dictæ in Indiis, aliud P. Pellizarius exhibet fundamentum *Traſtat. 8. Cap. 3. num. 304.* vbi ex Miranda & Emmanuele Roderico docet, supposita donatione noui Orbis facta Regibus Catholicis ab Alexandro Sexto, posse illos auctoritate Papæ ipsi delegatâ dare Regularibus licentiâ ministrandi Eucharistiam, sicut & alia Sacramenta. Additque Miranda *Tomo 1. Qu. 42. Art. 6.* Episcopos id prohibentes esse excommunicatos excommunicatione reseruatâ Papæ aut de licentiâ Prælatorum Regularium, de quorum interesse agitur, ob Indultum Leonis X. factum Minoribus ministranda Sacramenta Neophytis, & præcipientis sub pœna dicta, ne quis eos impedire audeat directè aut indirectè, quocumque quæſito colore.

Possit etiam ad infirmos deferri.

Quod conueniendum in eo.

Oculis vobis licent.

Priuilegiũ Episcoporum vni Indiæ conueniendum.

Ex potestate Regibus Catholicis data ab Alexandro VI. videri aliquod in præfati fundamentum.

Sed

Sed illud non esse ad rem ostenditur.

Sed vt de hoc vltimo in primis loquamur, quod ex Bulla Leonis adducitur, nullius est momenti: iam enim aliquoties admonuimus illam fuisse temporalem. De alijs verò est Emmanuel Rodericus loco à P. Pellizario citato, scilicet *Tomo 1. qq. regular. q. 56. artic. 1. i.* ita sentiat, vt etiam contradicentibus Episcopis possint Reges Catholici Religiosis Sacramentorum administrationem committere, quia ad id delegatâ Pontificis potestate potiuntur: quoad factum tamen res aliter se habere potest. Neque enim ex eo quod à Rege mittantur, tali sunt præditi potestate, nisi quando ad terras mittuntur, in quibus Episcopi non sunt, sed de fundâda apud illas Christiana religione tractetur. Vbi verò iam Episcopus erecti sunt, omnino alia est Regum Catholicorum mens, quod ab eodem P. Emmanuele leuenter expositum *Tomo eodem Quæst. 35. Artic. 2.* vbi ita scribit: *Aduertendum tamen quod hæc habent vim, quando illa loca vbi Rex mittit auctoritate huius concessionis Alexandri Sexti Prædicatores, & Ministros, non haberent Episcopum, vel Capitulum Sede vacante. Et ratio est quia Alexander Sextus solum commisit Regibus Hispaniarum vt mittant viros doctos ad instruendum Indos in fide. Quod verò ex his verbis concedatur Regibus quod contra voluntatem Episcoporum possint præferre Parochos, indetens videtur officio Episcopali, nec admittendum talem sensum ex verbis illis generalis concessionis Alexandri puto: quia notabiliter leditur iurisdictio Episcoporum, & de hac læsione non fit mentio, & sic non debemus talem intellectum admittere, iuxta traditâ à Siluestro & Panormitano. Secundo quia Rex mandauit vt prouideatur Indorum populis, vocato Episcopo, & Prouinciale coram Vice-rege. Sic ille.*

Pro quo luculentè Emmanuele Roderici doctrina, vt neque Rex Parochos independentes ab Episcopis constituit.

Auctorem suum sibi contrarium in tali Assertionem fuisse.

Quid præxi statutum, & omnino tenendum.

273 Quamquam id non satis videatur forme ijs, quæ habet citato, *Artic. 1. i.* vbi ita scribit: *Quod autem Reges Hispaniæ sine consensu Episcoporum possint assignare dictis Fratibus Mendicantibus populos Indorum, vt ibi exerceant hanc potestatem Parochorum, est notorium in Nono orbe, nam sic practicum fuit Mexici Anno 1566. &c.* & hanc potestatem habent Reges Hispaniæ per Breue Alexandri VI. concedentis dictis Regibus Hispaniæ conversionem Indorum. Et concludit sic: *Ex dictis sequitur quod etiam Communione Paschalem possunt dicti Religiosi in illis partibus ministrare sine timore alicuius Censuræ.* Hæc ille. Quidquid autem de potestate ad assignandos Parochos sit, ea quidem iam ita est limitata, vt Reges Catholici sine dependentia ab Episcopis, & institutione Canonica, nolint quæ ad hoc spectant practitari. Et quidquid etiam de Parochis sit, qui eo ipso quod tales sint, Sacramenta ministrare possunt; non est hoc ad eos adſciendum, qui Parochi non sunt, & in ijs adſunt partibus, in quibus Sedes sunt Episcopales: ibi enim, est à Rege missi, perinde se gerere debent, ac si missi non essent in ordine ad spirituales administrationem, quia Rex circa hæc non se interponit. Sed quæ sunt Dei, Deo summâ pietate referuat, Patronatus sui prærogatiuâ contentus iuxta conuenientissimam formam pro illius vſibus constitutam. Quod autem de Bullâ Pij V. quæ concedit vt Religiosi in Indiis sine licentiâ Ordinariorum Sacramenta ministrent, addit citatus P. Emmanuel *Artic. 2.* per quod indicat omnem esse sublatum scrupulum: non item urget: *Theſauri Indici Tom. II.*

jam enim vidimus supra, num. 181. ex declaratione Innocentij X. solum in illis locis habere locum, vbi defectus interuenit Parochorum; de quo & inferius: nam circa Confessiones audientas iterum est mentio eiusdem inducenda: modò dicendum restat.

De Priuilegijs pro duabus Missis Sacerdotis vnus eodem die.

274 PRO eo sic in Compendio Indico verb. *Missæ, s. 2. Presbyteri Societatis, qui à Prapostro Generali mittuntur in Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & prouincias alias reseruatissimas, à quibus adiri non potest Sedes Apostolica, factâ sibi ab eodem Prapostro facultate possunt ibidem bis in die diuersis in locis Missas celebrare.* Paulus III. in Litteris Apostolicis communibus, pag. 44. *Qualiter verò hoc sit extensum ad eos, qui à Prapostro Generali non mittuntur, collige ex verb. Gratiarum communicatio, & extensio. s. 2.* Sic ibi, & statim additur: *Hac facultate vti poterunt Superiores, & quibus ipsi eam communicauerint.* Est ergo communis non solum Ordinarijs Prælati, sed eorum vicem gerentibus, iuxta vtriusque Compendij Præfationem, de quo supra. Vnde & Rectores, ac Vice-Rectores, ac Superiores exemptarum Residentiarum iurisdictionem habentes, eam possunt alijs communicare. Et id quidem non solum pro casibus occurrentibus, sed etiam generaliter: durabitque talis concessio donec per successorem reuocetur, de quo & dictum supra, num. 170. 174. & 192.

Priuilegiũ pro duabus Missis in Indiis.

275 Quia in priuilegij præfati tenore qualiter vſus illius liceat non exprimitur, verba sunt Pontificis ad pleniorè intelligentiam proponenda: sic enim loquitur citata Bulla. *Licet debitum, Paulus III. & quia in numerosis populis illarum regionum tanta est Sacerdotum raritas, vt vnus plurium curam populorum suscipere debeat: vt bis eadem die Missam celebrare diuersis in locis valeant, &c.* Non ergo quæuis ratio conuenientiæ ad hoc videtur sufficiens: circa quod video aliquoties valde alienam à Pontificis mente licentiâ vsurpari. Sacerdotum raritas, & populorum numerositas, vt stare locus priuilegio possit, exigitur: & id quidem in illis, quibus plurium cura populorum incumbit. Non verò requirit Pontifex vt cura hæc Parochialis esse debeat, ad quod non est opus priuilegio, iuxta commune Doctorum sententiam, ex quibus plures refert P. Fagundez circa primum Ecclesiæ præceptum *Lib. 3. Cap. 16. num. 5.* Sufficit ergo vt cura qualicumque sit, ex charitate scilicet ob necessitatem assumptâ, quia Pontificis prouidentia omnibus eo subsidio carentibus pariter voluit esse consultum in eodem necessitatis articulo constitutis. Quo euentu meritò etiam existimare quis potest non esse necessarium priuilegium: quia & casum illum similiter videntur Doctores admittere propter eandem rationem; bono enim animarum, & impletioni præcepti, in casu præcedenti consultur; quæ ratio militat in præfenti, quidquid de diuerso genere obligationis sit in cura, quæ erga populos exercetur. Et ita P. Azor *Tomo 1. Lib. 10. Cap. 24. s. Quæres, an vbi*, ait quod vbi

Ratio concessio indicat qualis esse vſus debeat.

Sufficit cura populorum ex charitate.